Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tragœdiæ. Hæc fabulæ possunt agendæ in spectaculis, multa
vero turpitudine, sed nulla saltem (sine ratione) verborum
obscenitate composita, quas etiam inter studia, quæ honesta ac
liberalia vocant, puerorum tagmata ac discipulorum cœtus à senibus
audiunt. Nunquid et Hieronymus ipse et nidum pertinere putavit applaudere,
qui fomentum omnium malorum arripuit? Hæc nidum etiam
illam frigidam excludere ab Ecclesia. Ergo illam ad Damasi
epistolam, quam ipse de filio prodigo scripserat, et postea diversis
locis, si diversi sunt poetæ theologi ac divini, aut
potius non fuerint, ut dixi semper gemuit et flevit. Demonum
inquit illi carmina poetarum fœtalis sapientiæ, rhetorum
verborum pompa, hoc est quæ suavitate delectant, et dum aures
versibus dulci modulatione circumvolvunt, animam
quoque permeant, et pectoris interna deprimunt. Vere ubi
cum summo studio fuerint ac labore perlecta, nihil aliud nisi
inanem sonitum et sermonum strepitum, sicut testatur nitunt.
Nulla ibi sanctitas, veritatis, nulla iustitiæ reperitur regula.
Studiosi vero in fame veri et virtutum penuria perseverant.
Hæc Hieronymus. Sed si quis ea dicta diligenter considerare
voluerit, inveniet quod existimet poetas non solum à Christiano
nos prohibendos esse, sed etiam et omni usu, studiosi familiarum
abiciendos, quem paulo post, in eadem epistola ita subiungit,
absit ingens, quod de non Christiano, sonet Juppiter omnipotens,
et non Hercules, et non Castor, et cætera magnique parentum
nomina. Nunquid et apud ethnicos, ne in idolis quidem, non
licet? Quid enim aliud reprehendere in idolis, quam studium
poetarum? ut ait ipse Hieronymus epistola. Quum nihil sit idolum,
nisi de dijs figmenta poetarum. Ait enim nidum ne hæc
licentia vestra, offendiculum fiat infirmis. Si enim quis videret,
eum qui frequentat in idolio versantem, nonne conscientia eius,
quæ sit infirma, edificatur ad manducandum idolothyta,
et fiebit qui infirmus est in sua conscientia factus, pro quem Christus
mortuus est. Hæc apud. Hic igitur, si ea conscientia idolatrare